



**Praxis Beneficiariorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

**Rebuffi, Pierre
Coloniae, 1610**

De translatione monachorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

gia, & in aliam ecclesiam transferantur. gl. in d. ca. si quis vult. que allegat. e. & que diximus. 16. q. 7. quod est verum, quando priuilegium concerneret personam, fecus si re. l. 2. §. i. ff. de priuile. credito. l. tempus. in s. ff. de re iudic. Oldra. conf. 267. quod domino. num. 2. & sic utraque ecclesia erit immunitus, sicut aliæ ecclesiæ: n. p. etiun. tit. de immunitate eccl. & putò etiam quod presbyteri, qui ibidein Magalonæ seruient, erunt exempti sicut ministri ecclesia translatæ. ca. per exceptionem. de priuileg. lib. 6.

20 Ultimus effectus est, quod deinceps omnes actus concernentes ecclesiam cathedralem sicut confidere christma, & alia, quæ siebant in prima ecclesia, fieri debent in illa ad quam erat translata: & sicut debebat esse theologus in prima, ita & in seunda. §. i. de collationibus in Concord.

De Translatione monachorum.

*Monachus
translatus
anno
nouam
professione
facere te-
neatur.*

N Otandum est, quod quando quis translatus est ad aliud monasterium, non est necesse facere novam professionem in secundo monasterio: nam scilicet facta professio sufficit. c. nullus, & c. in deminutis, de elect. in 6. quando non sunt diuersæ regulæ. Pan. in c. Abbate S. Silvani, no. 4. de verb. signific.

2 Quia profitendo unam religionem, omnes videtur profiteri quo ad substantiam regulæ, cum ad unum tendant, vt docet Holt. in c. ad Apostolicam, de regula. & abunde Feder. Senens. conf. 5. quidam monachus, in 1. dubio. & consuer. 19. col. 2. vbi dicit, quod quando monachus unius monasterij in aliud transfertur, solet de stylo ponere clausula, te de monasterio Furcensi, cuius monachus existis, ad monasterium sanctæ Mariæ autoritate Apostolica, transferentes, ac volentes, & decernentes ex nunc eiusdem monasterij sanctæ Mariæ monachus censearis, & in eo recipiatis in monachum. &c. Decius, in c. præterea, de preb.

3 An monachus translatus in aliud monasterium autoritate Apostolica possit sine licentia Papæ redire ad primum monasterium, yide eundem Fed. conf. 263. Præsuppo-

sit: & an religiosus prefectus ecclesiæ seculari nomine religiosorum comprehendantur, gl. in cl. religiosus, de procura. & clem. i. de dec. Felin. in c. tua, col. 2. de iure iur. & comprehendendi affirunt ibid.

4 Etiam notandum est, quod solus Papa potest conferre, vel commendare beneficium religioso alterius monasterij. c. cum singula. §. si. de preb. in 6. nisi in monasterio dependenti, ut ibi: vel nisi fuerit translatus nastris canonice. ibid.

5 Sed dicet quis, quomodo fiat canonica lationem. Translatio: Relp. si monachus velit adre ligionem arctiore transire: tunc sufficiet consensus abbatis, vt dimittat religio nem. in qua est professus, & aliam in gre monachum. in quo modo sit diatur. c. licei, de regula. c. statutum. 19. q. 3. non tam sacerdoti licentia prioris: vt docet Roma. singul. 452. domin. per text. in l. qui sub pretextu. C. de sacro sancti eccl.

6 Etiam perita licentia & non obtenta sufficeret, in d. c. licer. & hoc afferit Anto. Buti in c. fi. col. 1. de renun. & Soc. conf. 222. præsens consulatio. 2. volu. sed si abbas sit mortuus, tunc licentia conuentus habita episcopus facultatem dabit teste Lappo allegat. 62. qui dam.

7 Si autem vellet transferre se ad aliam religionem parem, tunc voluntas abbatis latrone ad & conuentus sufficit, nisi velit transire ad monasterium in alia situm dicœceti, in qua translatione & episcopi illius authoritas requiretur & causa iusta in non exemptis, Peru. in d. c. cum singula. §. si. col. 2. de preb. lib. 6. c. significatum. de regul. & c. post translatio nem. de renun. arg. c. 2. in 68. distin. & c. qui vere pureque. 16. q. 1.

8 Ethis casibus nullus abbas debet licentiam præstare monacho abeundi, nisi pri mò religiosus inuenitur alteram religionem, quam paratus sit intrare statim: & oportet quod ei constet de voluntate abbatis & conuentus secunde religionis: alioqui posset religiosus fugere, & apostatare. Innoc. & alij in c. fi. de renuncia.

9 Sive röller adire religionem latiore, De voluntate non ita strictam, hoc de Papæ solius con ingredi re sensu potest glo. & doct. in d. capit. cum singula. §. fin. de prebend. quia hoc est contra latiorum iura,

*Glaus filia
translatio.
monachus
Pape.*

Universitätsbibliothek Paderborn

iura, quæ non potest inferior tollere, clm.
ne Romani, de elect. & solus Papa in his ha-
bet plenitatem potestatis, cap. proposuit,
de concess. prebend. Panor. in c. non est, de regula.
vbi declarat quæ regula dicitur strictior. [Soci.
conf. 270. consideratis in fl.]

10 Si tamen causa exigeret celeritate, in
ut pote infirmitatis, vel alterius iusta
causæ: & tunc sufficeret dispensatio
episcopi cum licentia abbatis. Inmoc. m d. ca.
fi. & cap. dilectus, de tempor. ordina. Peruf. vbi
supræ.

Translatus ad aliam religionem propria
autoriitate an si approbata. Lappus alleg. 34.

11 Sed si de facto monachus ad latiorem
religionem se transferret, & ibidem habi-
tum assumeret, & deferret, non esset ex-
communicatus: nec apostata. c. si. de apost. vt docet Innoc. in cap. intellectimus, de cetera
Lappus alleg. 34.

12 Tamen habebit locum poena. cap. eum

qui, de probab. lib. si facie. si. de regula. hoc do-
cet Dom. Geminia. in d. c. cum singula. §. fin. in 3.
no. ibidem. de mendicantibus transiuntibus ad
aliam religionem, vide Clementinam ut professio-
res, de regula & inferius in dispensa. regul. di-
cetur.

Religiosus patet mutari per ab-
bas in ad-
alium lo-
cationis eius
religiosus.
Requista ad bonam transla-
tionem.

13 Notarainen quod semper religiosus
de licentia sui abbatis potest mutari &
transferrri in alium locum, qui sub eodem
abbate regitur, & sit eiusdem religionis.
gloss. si. & dol. in c. significatum, de reg. Peruf. m
c. cum singula.

14 Erlic videt requisita ad translationem:
primò quod causa adsit, & legitima. dol. in
d. c. significatum. secundo quod licentia in-
teruenierit, vel saltem petatur, quo ad stri-
ctiorem religionem: nec valeret confusio
tudo in contrarium. cap. cum venerabilis. de
consuet. tertio quod licentia detur à suo
superiore immediato, non ab inferioribus. Panor. in c. licet, de regula. Soc. conf. 52. Vifō
instrumento, col. 3. in 4. vol. quartu, quod religio-
sus aliam religionem inuenierit, ante-
quam dicentiam perat. Innoc. & alii in c. si. de
renuicia. do. in d. c. cum singula. Soc. d. conf. 222.
in 2. vol.

Collatio
Pape in-
ducit tris-
lationem.

15 Sitamen Papa conferret beneficium
religioso, vel commendaret in alio mona-
sterio, valeret prouisio, etiam si nihil dice-
ret de translatione: quia prouidendo vi-

detur eum transferre, tanquam necessari-
um consequens gl. & dol. in cap. quia in tan-
cum, de probab. & c. si quis in clero. 7. que. si. u.
Felin. in cap. postulasti, colum. 7. de rescript.
licet clausula translationis non debeat o-
mitti. si laps.

16 Sed si mandat prouideri per manda-
tum forte, vel alias, non poterit prouideri
illi monacho in alio monasterio, nisi sit
translatus, vel dispensatus, vel in manda-
to transferatur, vel nisi illud monasteriu-
m in quo mandat prouideri sit dependens
ab alio, d. c. cum singula. §. fin. deprabend. lib. 6.
ideo non mandata debet esse clausula
translationis si alteri abbati, vel collatori
dirigatur mandatum: & ita vidi obseruari.

Si tamen ecclesia parochialis, vel aliud Translatio
beneficium sit solita regi per monachos quando no-
vnius monasterii per quadraginta annos, require-
poterit conferri monachis illius monaste-
rii sine translatione, non vero monachis
alterius monasterii, pertex. m. c. cum benefi-
cio, de probab. in 6.

17 Notandum est quod quando Papa pro- Clauſula:
uidet, aut prouideri mandat regulari de translatio-
beneficio regulari alterius monasterii de- nis ponen-
pen. debet dari clausula translationis: vt da.
monachus transferatur de loco ad locum,
& inibi in monachum & fratrem recipia-
tur, ac sincera in domino charitate tracte-
tur, & hoc si sit eiusdem ordinis.

18 Sivero sit alterius ordinis, tunc debet
transferri, & recipi in monachum & fra-
trem, & habitus regularis dari iuxta mo-
nasterii consuetudinem.

19 Si autem essent diuersi ordinis, non
habitum, ut pote Cluniacen. & sancti Bene-
dicti, tunc non debet apponi clausula in
bullæ tibi, qui regularem habitum, &c. &
istæ de stylo sunt curia Roma.

20 Etiam si prouideatur de prioratu co-
uentuali à quodam monasterio depen-
monacho eiusdem monasterii, non appo-
netur in bullis, cum translatione de mo-
nasterio ad prioratum, & idem in aliis be-
neficiis prioratus, & dependentibus ab e-
odem monasterio: vino. m d. c. cum singula. in
fin. deprab. lib. 6.

21 In noua prouisione etiam apponitur prouisione
Ef. 3.

In manda-
to debet co-
muni- trāf-
satio.

In noua

De translatione monachorum.

230

Apponi fo-
ter trans-
latio.

translatio, sicut enim dubitatur de prima collatione, & acceptatione, an viribus subsistant, ita & de translatione, ideo dari solent hodie, per reg. cancel. de translatio. religios. statuitur, quod si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio, vel alio regulari loco dependente prouideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius monasterii, vel loci religiosus sit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat. Idem putarem si religiosus esset dispensatus ad duo beneficia regularia cuiuscunq; ordinis, vt ista dispensatio habeat vim translationis, adeo vt sit

capax ad beneficia etiam alterius ordinis, tum per reg. cancel. predictionem, tum etiam quia alias dispensatio parum prodebet, & verba intelligi debent ut aliquid operentur. l. si quando f. delega. Felim. in cap. i. num. 4. de rescripto.]

22. Etiam translatio datur ante annum professionis, si conferatur eidem beneficium alterius ordinis quia largè frater alterius ordinis dicebatur, vi inferioris scripti in dispens. reg. & clausula, volumus, &c. æquipollens est translationi. Haec tenus de modis acquirendi, nunc videndum est quomodo beneficia conseruare possimus.

REGULA,

SIVE CONSTITUTIO PERPETVA

S. D. N. DOMINI IVLII DIVINA PROVIDENTIA
PAPA III. IN QVA DECLARATVR QVOD FRVCTVS
beneficiorum tempore obitus beneficiorum inexacti debeantur successo-
ribus in beneficiis, & non hereditibus dictorum beneficiorum, ac quod

Ducatis. & reliqua per mortem Reuerend. S.R.E. Cardina-
lium Camere, & capella Apostolice debita solvi de-
beant, ne de eisdem per prefatos Cardina-
les testari poscit.



Otu proprio, &c. Cū
sicut nobis nuper in-
notuit diuersi diuer-
sorum beneficiorū
etiam Episcoporum
Patriarchorum & aliorum Praela-
torum, ac S. R. E. Cardinalium
pro tempore decedentium hære-
des, non solum bona relicta spo-
lia nuncupata sit decedentium
beneficiorum Episcoporū Ar-
chiepiscoporum, Patriarcharum
& aliorum prælatorum ac etiam
Cardinalium, verum etiam fru-

ctus &c. Ecclesiasticos, ac pecuni-
as & res alias per ipsos benefici-
arios Episcopos, Archiepiscopos,
Patriarchas & alios prælatos, ac
etiam Cardinales ante eorum
obitum non exactos, etiam si eo-
rum solutionis dies ante obitum
ipsorum non aduenierit, sub eo
forsitan prætextu, quod pro tem-
pore ante obitum huiusmodi de-
curso, debeantur, exigere & quā-
doque solutionem debitorum
per ipsos beneficiarios & Cardi-
nales dum viuerent, contracto-
rum